

Leben des Abtes Franz Hertenstein von Ettenheim-Münster.

209

werden. Auf habe, meinen hochschreihenden Herren dieß meiner Schuldigkeit gemess in Bericht geben undt dero, was ich mich in Ein undt Anderem zue verhalten, gnedigen Befehl neben göttlicher Schirm- undt Empfehlung, hierüber erwartthen wollen. Datum den 12. May anno 1651. Meinen u. s. w. dienstbefliffenwilligster

Joh. Balth. v. Hürde.

Original im Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 10 (Copiebuch Nr. 329^b).

31. Licentia consistorialis, data rev. in Christo patri ac domino Amando, pro ducentis florenis mutuo suscipiendis, anno 1651.

Consideratis nobis ex parte rev. domini Amandi, praelati in Ettenheimmunster, in scriptis et oretenus expositis necessitatibus dicti monasterii, ipsi domino praelato hisce licentiam damus, pro hac vice mutuo accipiendi ducentos florenos, ita tamen, ut in proximo conventu post epiphaniam futuri anni 1652 a nobis et reliquis dominis visitatore et abbatibus congregationis Alsaticae in Ettenheimmünster pro dirimenda controversia inter dictum dominum praelatum et conventuales eiusdem in Ettenheimmunster celebrando, a quo dictas pecunias acceperit, quale bonum immobile domino mutuanti in hypothecam et quibus conditionibus dederit, nos informet et rationem reddat. Actum Molsheimii in consilio ecclesiastico et sub sigillo officii vicariatus generalis episcopatus Argentinensis, die 18. Decembris 1651. Praeses et assessores consilii ecclesiastici episcopatus Argentinensis. Ex commissione Joannes Will.

Original in dem Ettenheim-Münst. Briefbuche Nr. 7 (Copiebuch Nr. 329^a).

32. Schreiben des Fürst-Abtes Pius Meher von St. Gallen an den Convent von Ettenheim-Münster, d. d. St. Gallen, 25. Mai 1653.

Accepimus litteras, tam vestras, quam rr. dd. vicarii generalis et abbatum congregationis Argentinensis Benedictinae, per praesentium exhibitorem, religiosum vestrum p. Hidulphum*, et quae vestra erga nos et monasterium nostrum sit petitio, plenius intelleximus. Verum cum in re tanti momenti opus fuerit, consensum omnium capitularium nostrorum requirere, hi vero hinc inde dispersi, tam cito convocari nequiverint, coacti fuimus, aliquanto diutius detinere transmissum a

* Hidulph Sartori wurde also 1653 nach St. Gallen geschickt.

Quellensammlung, IV.

vobis p. Hidulphum. Et quamvis pro dei honore et ordinis s. Benedicti maiori incremento non renuamus, membra iam dicti ordinis non attentis maximis difficultatibus, pro posse iuvare ac proinde et vobis pro viribus succurrere. Necessarium tamen duximus, prius de monasterio nostro unum et alterum religiosum patrem ad vos destinare, eo fine, ut prius quam omnimodum petitioni vestrae consensum praebeamus, pleniorum et loci et status monasterii vestri informationem accipiamus et super certis ipsis a nobis traditis punctis solide informemur. Ex quorum relatione, si viderimus in domino expedire, ut vobis petito abbatem et priorem mittamus, non recusabimus. Idque eo minus, si ad quaestiones nomine nostro propositas opportunum et aptatum responsum ac spem bonam boni effectus et profectus retulerint. Quod ut accuratius fiat, cupimus, ad monasterium vestrum ad diem 3, vel summe 4. proximi mensis Junii invitari rr. dd. vicarium generalem et abbatem congregationis vestrae visitatorem, ita ut vespere alterutrius diei infallibiliter ibidem compareant et deputati a nobis religiosi patres vespere praedictae diei tertiae Junii ibidem comparituri, tam cum ipsis, quam vobiscum de omnibus, quae in domino necessaria videbuntur, plenius et sincerius tractare possint. Interim, ut bonus deus consilia nostra utrinque benigne dirigat, ex animo rogemus. Ex monasterio nostro s. Galli, die 25. Maii, anno 1653. Studiosissimus p. Pius, abbas s. Galli m. p.

Copie in dem Ettenheim-Münster'schen Briefbuche Nr. 7 (Copiebuch Nr. 329^c).

33. Litterae obedientiales.

Pius, dei et apostolicae sedis gratia abbas monasterii s. Galli, religiosus pp. Gallo Alt, decano, et Ambrosio Negelin, oeconomus Ebringensi, salutem et infrascriptorum executionem.

Cum rr. et religiosi patres capitulares monasterii Eitoniani ordinis s. Benedicti, dioecesis Argentinensis, viduato monasterio provisuri per maiora compromiserint in nos, recepturi in abbatem et priorem religiosos eos, quos nos illis de nostro conventu nominandos et mittendos censuerimus, nos vero ad eiusmodi nominationem et missionem procedere prudenter non possumus, nisi praefati monasterii Eitoniani statum in spiritualibus et temporalibus ita perspectum habeamus, ut diiudicare possimus, num faciendi fructus certa spes sit, vobis in virtute s. obedientiae mandamus, ut visis his nostris patentibus vos personaliter ad praefatum monasterium conferatis et, ut praefertur, in ipsius mo-